



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 16. Senense bellum a Cæsareis, atque Hispanis inchoatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

diolanensium Gubernatori negotium da- Sæcul. XVI.
A.C. 1553.
beret,
e fon-
oman-
opp-
cedere
gesima
mmino

Cæsa-

cessa-
errima
os de-
relin-
franciæ
nacum
quinti
archio-
les mi-
emitte-
s Pro-
rum, ac
e bello
e Me-
diola-
eogno-
exercit
Hæc dum interim gerebantur, Nea-

tuor peditum millia, & quingentos e-
quites decerneret. Præterea Carolus
Imperator datis ad Cosmam Ducem li-
teris vehementer admodum eundem
sollicitabat, ut Marinianum Marchio-
nem contra Senenses totis viribus ju-
varet: Priusquam vero bellum in aper-
tas prorumperet flamas, Cæsar rem eo
deducere nitebatur, ut negotium abs-
que armorum vi componeretur, propo-
fita hac conditione: ut Senensium res-
publica permaneret libera, atque
juxta debiti sui obsequii rationem fese
Cæsari subditam, Franciæ Regi vero
haud infensam gereret, quin a Cæsare
desiceret, aut præsidiarios milites, vel
arcem teneret.

§. XVI.

Senense bellum a Cæsareis, atque Hispanis inchoatum.

Hæc dum interim gerebantur, Nea- Ant. Vera
polis Prorex Cæsaris jussu Fran- hift. Caroli
ciscum Oforium, ut quatuor Germano- V. p. 275.
rum millia accenseret, in Longobar-
diam decernit: Ascanio autem Corneo
militum delectum in Italia habere præ-
cipit, ipse vero unacum conjugé, libe-
ris suis, aliisque Auriæ triremem con-

N n 4

scen-



Sæcul. XVI. scendit, ac duobus Hispanorum milibus stipatus Liburnum pervenit, relicto Neapoli Ludovico filio suo, qui ipso absente cum summo imperio præcesset. Po-

stea Prærex Biburno Florentiam contendit, ubi a Cosma magnum tormentorum numerum cum reliquo belli apparatu obtinuit, mox autem gravissimo morbo correptus die vigesima tertia Februarii e vivis decessit. Hic Neapolis Prærex summæ rerum præerat per vinti omnino annos, Garziæ vero ejus Filio exercitus imperium committebatur, adjuncto eidem Alexandro Vitellio.

Garzias mox continuato victoriarum cursu Afinam - longam, Luciniatum, pluresque alias urbes Cæsareis armis subigebat, suasque copias ei ad jungebat Cosmas Dux, qui tamen, cum ob recens erga Mendozam, & Hispanos odium Senenses nulla ratione ad concordiam adduci animadverteret, vicina oppida, ac Senensium arcis prius occupandas, ac præsidiario militi muniendas censuit, ut postea urbem arctius cinctam facilius tandem anno næ penuria ad deditioñem compellere valeret. Ergo præprimis Mons - Ilcinus, ubi se Jordanus Ursinus unacum Mario Comite S. Floræ, & Camillo Martinengo incluserat, obsidetur, atque

Sæcul. XVI.
A.C. 1553.

que ipso die Paschatis tormenta arcis
admoventur, cum vero præter exspe-
ctationem major esset obsessorum repu-
guantia, hinc nec astus, nec vis a Cæ-
fareis adhibita succedebat.

§. XVII.

*Papa Viterbum profectus hæc dissidia
compositurus.*

Porro summus Pontifex, cum de bel-

Thu. l. 12.

li adeo vicini exitu sibi vereretur,
Cardinalem Perusinum Ascanii Cornei
Fratrem Florentiam, Sirmonetam ve-
ro Senas decernit, qui rei componendæ
viam inirent: cum vero Papa hoc ne-
gotium segnus urgeri cerneret, ipsus
unacum Joanne Manriquez, qui Romæ
Cæfarei Legati vices obibat, Viterbum
venit, ibidemque easdem, quæ prius
offerebantur, conditiones proposuit, in
quas Imperatoris Ministri haud ægre
consentiebant, eoquod Turcicam claf-
sem jamjam in altum evectam esse sci-
rent, copiasque Neapolin necessario re-
ducendas præviderent. Ceterum sum-
mus Pontifex huic conciliandæ pacis
negotio sese ideo ingerebat, eoquod
hanc rem publicam Cæfaris potestati
vindicare statuisset, spe fretus, illius
inaugurationem Fabiano Balduini Fra-
tris sui Filio ab eodem concessum iri;

N n 5 qua-